

Cum enim Haicana Natio magnam partem per ipsos  
primum Apostolos Bartholomaeum et Thaddaeum,  
eorumque Discipulos ad fidem in Christum conver-  
sa, usque Sub Rege Sanatrugho martyrio coronatis  
ad pristinam Idololatriam relapsa, post ducentos  
demum et sex annos unà cum Rege Tiri-  
date à S. Gregorio gentis suae Illuminatore ad salu-  
tarem fidem reducta sit, adeoque primis statim  
post Christum natum saeculis Christianam Religionem  
coluerit, eandemque per tot saecula sub ærumnis et  
afflictionibus gravissimis constanter retinuerit,  
tum antiquam Bibliorum sacrorum versionem nobis  
exhibet Theologis, ac verbi Divini scrutatoribus  
commendatissimam, tum et historiam tradit Ecclē-  
siae Christianae praecipue Orientalis, Conciliorum,